



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Quaestio oborta de die Paschae. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

Inspirabantur agente, diuersis temporibus laqueo vltam finierunt, exemplo Indę proditoris. Sub hoc tempore etiam in vrbe Roma, regula ecclesiasticę traditionis vexatur per Blastum & Florinum schismaticos. Sed fuere tunc per dei gratiã viri fidei & virtutis, qui tam prædictas hereses quàm schismaticos destruxere, scribentes aduersus hæc libros vel epistolas, vt Irenæus, Melitides, Serapiõ, Apollonius, & Apollinaris, & multi alij.

QVÆSTIO oborta de Paschali tempore. Caput IX.

INterea præsentibus ecclesię egregijs sacerdotibus sub principe Cõmodo, Viçtor apud Romã, Demetrio apud Alexandriã, Serapione apud Antiochiã, apud Cæsareã Palestinę Theophilo, & Narcisso Hierosolymis, apud Ephesum vero Policrate, q̃stio nõ minima exoritur in prouincijs Asię, veluti ex antiqua eorũ obseruatione descẽdens, qđ quartadecima luna putarent omni tpe Pascha obseruandũ, quando scilicet Iudęis præcipit agnus immolari, velut necessario cõfirmantes in quacunq; die septimanę xiiii. luna venisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in alijs prouincijs nunq̃ obseruata fuisset vel ecclesijs. Ob quam causam cõuentus episcoporũ & concilia cõuocantur, tam apud Cæsariam Palestinę, quàm apud Romã, altercantibus Viçtore Romano p̃tifice, ceterisq; occidentalibus episcopis contra Asianos, & dicentibus, quòd nõ liceat aliquãdo, nisi in die dñica, in qua dñs surrexit, dominicũ Paschę celebrare mysteriũ, & in hac sola soluendum esse ieiunium.